



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 33. Guilielmus Rosa Sylvanectensis Episcopus severius castigatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI  
A.C. 1598.

intra semestre in Regnum veniret, ut in Suecorum secta, patriisque legibus educari posset: Ita nempe hæretici summos Pontifices, si qui eorum subditos obedientia Principum ob gravissimas cauñas solvunt, diris devovent, ipsi vero duntaxat in fidei Catholicæ odium legitimos suos Reges jurato subditorum obsequio etiam per edicta privare nondubitant. Ceterum Carolus summorum potitus nonnisi Gubernatoris, & Sudermanniae titulo uti voluit, Regtamen nomen anno Christi millesimo sexcentesimo quarto palam sibi arrogabat.

§. XXXIII.

*Guilielmus Rosa Sylvanectensis Episcopus severius castigatus.*

*Thu. l. 120.  
p. 826  
Daniel hist.  
de France  
p. 235.*

Extincta in Galliis sacra, ut vocabant, unione regii Senatores, ut Henricus IV. magis complacerent, majori, quam par erat, severitate in residuos hujus fœderis Viros desævire cœperant, causati, regni tranquillitate nondum fatis stabilita omnem factionis radioem effundendam, præcipue vero curandum, ut temerarii, & seditionis sermones, ac libri præpedarentur, eorumque Autores debito plecterentur supplicio: hoc obtentu Parisiensis Senatus in Guilielmu[m] Rosam Sylvanectensem Episcopum

pum olim sacro foederi addictum extre- Sæcul. XVI.  
A.C. 1598.  
mam exercebat severitatem, duntaxat  
eo ex capite, quod a nonnullis insimu-  
laretur, perinde ac si gloriatus fuisset,  
quod ceteris prior huic factio[n]i nomen  
dedisset, nunc vero, si eadem temporis  
vicissitudines recurrerent, se rursus ei-  
dem accessurum dixisset: insuper alii  
huic Prælato criminis dabant, quod li-  
brum, cui titulus: *Catholica expostulatio*,  
a quodam Caussidico nomine Ludovi-  
co Aureliano divulgatum deprædicarit,  
notisque in margine adscriptis ediderit.  
Adhæc accusationum capita Episco-  
pus die quinta Septembris in majori Pa-  
latii aula coram Septemviris, ac Senatu  
capite nudus, ac stans declarare jube-  
batur, quod temere, & inconsiderate de  
hac factio[n]e locutus præfatum librum  
detestetur, præterea centum aureos  
in captivorum sustentationem erogan-  
dos multæ nomine penderet, totoque  
hoc tempore Sylvanectum non accede-  
ret, nec conciones ad populum habe-  
ret: cum autem Episcopus huic Sena-  
tus- Consulto sese subjicere cunctaretur,  
illud majori adhuc severitate executioni  
datum est; cum enim Rosa pridie Epi-  
scopali veste coram Judicibus compare-  
ret, a triumviris monebatur, ut sacri Or-  
dinis sui insignia ipsius deponeret: cum  
autem id recusaret, in Senatum rapta-

Y 5                    tus

**Sæcul. XVI.** tus revocationis suæ formulam in Se-  
**A. C. 1598.** natus consulo comprehensam ignomi-  
 niose recitare cogebatur.

### §. XXXIV.

#### *Cleri Gallicani comitia Parisis celebrata.*

**Daniel l. c.**

**p. 235.**

**Thu. l. c. 120**

**p. 827.**

Mense Augusto Clerus Gallicanus per-  
 mittente Rege comitia Parisis cele-  
 brabat, in quibus totius Ordinis no-  
 mine Franciscus Gueslæus Turonensis  
 Archiepiscopus deploratum Ecclesiæ  
 Gallicanæ statum, necnon corruptos ob-  
 neglectam religionem mores, & discipli-  
 nam amare deplorans hæc a Rege po-  
 stulabat. I. Sacri Concilii Tridentini  
 decreta promulgantur, iis exceptis, que  
 Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus, & Cor-  
 riæ immunitatibus, aut privilegiis ad-  
 versari videntur. II. Rex Episcopatu-  
 um, aliorumque beneficiorum nomi-  
 nationibus conscientiam suam haud  
 amplius gravet, nec pensiones ex bonis  
 ecclesiasticis conferat Laicis, concilia  
 vero revocet. III. Bonis ecclesiasticis  
 nova onera non imponat. IV. Loca-  
 cra in profanos usus converti non per-  
 mittat, & gratias pro beneficiis proxi-  
 me vacaturis revocet. V. Pacta cum  
 Rege a Clero inita serventur. Verum  
 ad hæc Rex vagis verbis respondit,  
 quod disciplinam ecclesiasticam in Re-

gno